Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8302
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

oms iuuenes constitui iubet: ut quemque inuadens
et quam etatem: et quam corporis magnitudinem
ac ad militarem artem aptitudinem habeat, ipse
uideat. ¶ His que promissis dum uniuersi iuuenes
obtemperant: ac similia sperant propter eximium eius
in ciuitatem honorem: una cum parentibus fratribusque
eius eorum spe oblectabantur, ad prestitutum locum con-
Antoninus — uenerunt. ¶ Antoninus institutos illos adoriens:
et quemque tangens: atque aliam alii laudem dicens:
in eos qui neque talia conspirabant: neque expecta-
bant, uniuersas cohortes circumduxit: quos ut
armis circumuentos: et eos atque rhetibus obductos
uidit, omnes cum ea quam iuxta se habebat: cu-
A. M. — stodia aggreditur: Edito signo milites undique
in eos impetum faciunt ¶ Uniuersam iuuentutem
Crudelitas — iam obclusam et siqui alio modo affuissent, ob-
truncant. Armati inermes undique complectuntur.
Alexandrinorum castigatio. — Militum alii ex cedebant: altissimas fossas faciebant
alii: in quas contracta cadauera deiiciebant: com-
plebant corporibus: et superiecta terra ma-
ximum tumulum erigebant: quo multi se-
minortui trahebantur: item non saucii coarce-